unque siano, ed aprir la nuova, purchè per la Bottega nuova vi sia la sopra stabilita distanza di cinquanta canne da ogni, e qualunqu'altra Bottega.

CAPITOLO XXXIX.

Del non incarire le Cafe nè Botteghe.

Domorum,
ac Tonstrina-
rum pensio-
nes annue
minime au-
genda.

Ordiniamo, e comandiamo, che nessun Maestro Barbieri, Lavorante, o Giovane ardisca, nè presuma incarire per se, nè per altra Persona le Cafe, o Botteghe, dove abitano Barbieri, ancorchè fosse morto il Padrone, e Maestro, e fosse finita la Locazione, sotto pena di sc. cinquanta; E volendo li Padroni di Cafe, e Botteghe, tenute da Barbieri incarire per il tempo avvenire, ne volendo il Maestro Inquilino starvi per il crescimento di pigione, e partendosi, nessuno sottoposto alli presenti Statuti ardisca pigliarle per servirle per tal' esercizio, sotto la detta pena di sc. cinquanta, e di essergli fatta ferrare la Bottega. Ed in qualsivoglia de' sudetti casi, il Maestro, che sarà partito dalla sua Bottega possa pigliarne un'altra ivi vicina, ottenuta però prima la licenza da' Consoli, e Sindici, ed osservate tutte le condizioni, che per tal effetto si prescrivono nel Capitolo XXXV., e non altrimenti.

CAPITOLO XL.

Del modo, che averanno da tenere, ed osservare due Compagni nel partire d'una Bottega.

Quæ ratio
a quibus fo-
cis est fer-
vanda, quo
tempore al-
ter ab altero
vult disced-
re.

Dichiariamo, ed ordiniamo, che quando intervenisse, che fossero due Compagni Maestri in una Bottega, e si volessero per qualunque causa dividere, e spartire l'uno dall'altro, se bene fosse finita la loro Locazione, non possi l'uno mandar via l'altro, nè far nuova Locazione, se prima non averanno fatto il partito tra loro d'accordo, altrimenti chi contrafarà cada in pena di sc. dieci, e non possa per qualsivoglia causa esser valida detta Locazione, ma abbiano da fare il partito, e si devino convenire insieme nel modo sottoscritto, cioè che quello sarà più Giovane d'età abbia a fare il partito, non solo in questa, ma in ogn'altra occasione, ed occorrendo, che un Padrone di Bottega pigliasse in Compagnia un altro più vecchio, o più giovane, faccia il partito quell'ultimo, che verrà, e sarà chiamato, e quello, che restarà in detta Bottega sia tenuto donare alla nostra Chiesa due libbre di Cera bianca lavorata sotto pena di sc. dieci, e quando occorresse, che uno delli due Compagni volesse vendere la sua parte della Bottega, sia tenuto quella proferire al Compagno, prima, che ad altra Persona per la stima, ovvero per quello, che trovasse da un altro, e quando il suo Compagno non la volesse, possa vender quella a chi pare, e piace a lui, purchè non sia inimico, o malevolo di quello, che resta nella Bottega, e facendo detto Venditore altrimenti incorra nella pena di sc. 25. Come anche ordiniamo, che nessun Maestro partendosi di Compagnia da una Bottega, o in qualsivoglia modo fosse levato, o gli fosse toccato partire per qualsivoglia causa tanto volontaria, che necessaria, o coatta, possa far nuova Bottega appresso di quella, se non sarà distante cento cinquanta canne, nemmeno Compagnia con altri senza la sudetta distanza, sotto pena di sc. dieci, e gli sia subito fatta ferrare la Bottega, ma possa mettere nuova Bottega distante da ogn'altra 50. canne.

CAPITOLO XLI.

Delle stime, e vendite di Bottega, e Robbe dell'Arte de' Barbieri.

Nell'alienazione delle Robbe delle Botteghe di Barbieri, non dovendosi avere in considerazione solamente il valore delle medesime ma ancora il posto, ed avviamento nel che hanno maggior cognizione i Maestri Barbieri; Perciò statuiamo, ed ordiniamo, che in occasione di vendita, o di qualsivoglia alienazione, tanto volontaria, che coatta, non si possino stimare Botteghe, Posti, Avviamenti, Stigli, Mobili, nè Robbe alcune, esistenti in simili Botteghe di Barberia, se non di Maestri Barbieri, che abbiano Bottega aperta, con facoltà alli stessi Maestri, che saranno eletti Periti, di potersi informare del valore di quelle robbe, delle quali dubitassero non aver sicura cognizione, & facendosi da altre Persone, siano le stime nulle, ed invalide, e possa darli di nullità anche da ogn'uno de' Contraenti, benchè fossero state accettate per Istromento, e si il Compratore, che il Venditore cadano in pena di sc. dieci d'oro per ciascheduno.

De æstima-
tionibus, &
venditioni-
bus Tonstri-
narum, item-
que Instru-
mentorum,
quæ ad ton-
strinam ar-
tem perti-
nent.

Similmente comandiamo, ed ordiniamo, che le sopradette stime, non possino farsi senza licenza de' Consoli in scritto sotto la medema pena di scudi dieci d'oro per ciascheduno, tanto de' Stimatori, che delli Venditori, e Compratori.

E per le sudette stime, si devino pagare due bajocchi per ogni scudo dell'intero prezzo stimato, cioè uno dal Venditore, e l'altro dal Compratore da dividerli pro rata fra li Stimatori, sebbene fossero più di due.

Come pure, che si devino pagare altri due bajocchi per ciaschedun scudo della valuta stimata nello stesso modo per metà dal Venditore, e Compratore da ripartirsi fra la nostra Chiesa, ed i Consoli, come si è stabilito nel Capitolo XVII. quali due bajocchi per scudo dovuti alla nostra Chiesa, e Consoli, si devino pagare, ancorchè li Compratori, e Venditori fossero d'accordo, e la vendita, e la compra si facesse senza stima, eccettuando però li casi di costituzione, e restituzione di Dote, nè quali non si devino pagare emolumenti alla Chiesa, ma solamente al Notaro la solita mercede dell'Istromento.

E dette stime, si dovranno portare, e prodursi nell'Offizio del nostro Notaro, e Segretario pro tempore sotto pena di scudi sei per Scimatore.

CAPITOLO XLII.

Delle Botteghe di Vedove, ed ereditarie di Maestri.

Desiderando provvedere coll'equità possibile, ma non pregiudiziale al publico per l'esercizio delle Botteghe delle Vedove, Figli, ed Eredi de' Maestri. Dichiariamo, ed ordiniamo, che morendo qualche Maestro, lasciando Figli, o Nipoti dell'agnazione, e per parte del Maestro, non già per parte di Donna, minori dell'età necessaria per aver la Patente, o pure lasciando Figlie, o Nipoti femine per parte del medemo Maestro, durante la minorità de' maschi sudetti, o fino a tanto, che le nominate femine saranno maritate, o monacate, se gli deva dalli Consoli dar licenza di poter tenere un Maestro Patente in Bottega, ma pervenuti, che saranno i maschi all'età di ventidue anni debbano sottoporsi all'esame, ed avendo li requisiti necessari pigliare la Patente, e le femine dopo che saranno maritate a persone, che non fossero della Professione, nè patentate, o monacate, debbano dentro il termine di sei mesi, dal giorno, che sarà seguito il Matrimonio, o la Professione, vendere la Bottega a persona patentata, altri-

De Tonstri-
nis Vidua-
rum. & ha-
reditariis.

mente

mente cadano in pena di scudi dieci d'oro, e gli sia fatta serrare la Bottega, e quando il Maestro morendo lasciasse la Moglie, o pure altri Eredi, che non fossero dell'arte, ne patentati; in tal caso la Moglie Vedova, alla quale per ragione di Dote, o di Eredità rimanga la Bottega, possa con licenza de' Consoli ritenere in detta Bottega un Maestro patentato, durante sua vita, e stato vedovile, ma rimaritando con persona, che non fosse della professione, nè patentata, deva dentro il termine di tre mesi dal giorno del Matrimonio vendere la Bottega a persona patentata, nè possa affittarla, o far compagnia con patentati sotto la detta pena di essergli fatta serrare la Bottega.

E gli altri Eredi, non essendo dell'Arte, dentro il termine di tre mesi dal giorno della morte del Maestro debbano vendere la Bottega a persona patentata, nè possono affittarla, nè farvi compagnia con patentati sotto la medema pena di essergli subito fatta serrare la Bottega.

CAPITOLO XLIII.

Del dispensare le pene.

Ordiniamo, e statuiamo, che tutte le pene, che si esigeranno, si in denari, che in cera, e che sono espresse negli presenti Statuti, o che ciascheduna volta s'imporranno da' Consoli, e Congregazione segreta, spettino, ed appartenghino intieramente, ed in tutto, e per tutto alla detta nostra Chiesa; e ad effetto di rimediare alla facilità di contravenire alla disposizione del Statuto con la speranza di ottenere la grazia, e remissione dell'incorse pene dalla Congregazione generale, dove facilmente sogliono ottenersi in sommo pregiudizio della Chiesa, ed Università nostra; volendo provvedere all'indennità della medema per quanto si stende il nostro potere; Dichiariamo, e comandiamo, che nella Congregazione generale non devano, nè possano domandarli, proporsi, nè concedersi simili grazie, e remissione di pene incorse, e che s'incorreranno da qualsivoglia persona; sotto pena di scudi dieci, tanto a chi la domanderà, come a chi ardirà proporla, e della nullità della grazia, ma solo la Congregazione segreta secondo la necessità, causa, e circostanze de'Contravenienti possa ridurre le pene, che averanno incorse, con che la riduzione, e grazia non ecceda la terza parte, o al più la metà, e senz'altra dilazione il Debitore paghi effettivamente, ed incontante l'altre due parti, o metà, ed il partito sia vinto con due terzi de'Congregati.

E non facendo li Consoli, e Camerlengo tutte le dovute diligenze per l'esazione di simili pene, siano tenuti del proprio.

CAPITOLO XLIV.

Che si proceda in ogni giudizio sommariamente.

Item vogliamo, ed ordiniamo, che per la consecuzione, ed esazione delle contribuzioni, tasse, pene, e qualsivoglia condanna, e qualunque cosa per l'osservanza delli presenti Statuti, come anco per le clausure delle Botteghe, ed ogni lite, e giudizio dipendente dall'Arte, tanto tra i Maestri, che tra li Giovani, e Fattori, e la nostra Università, o misti con li medemi, si deva procedere sommariamente, ed esecutivamente, ancorche li giudizj, e liti s'introducessero differentemente, nè si devono attendere nullità di sorte alcuna, accioche si finiscino, e terminino con ogni celerità, e non si abbino da defaticare le Parti, e Litiganti nelle spese, e che per le contribuzioni, ed emolumenti, che si doveranno in qualunque modo dalli Giovani, e Fattori della nostra Università, siano tenuti del

proprio li Maestri, e Padroni, riservando le ragioni alli medemi Maestri, e Padroni di poter ripetere dalli loro Giovani, e Fattori le somme, che averanno pagate.

CAPITOLO XLV.

Che niuno possa contradire alli presenti Statuti.

Ordiniamo, ed espressamente comandiamo, che non sia alcuno dell'Arte, che ardisca sotto qualunque causa, e pretesti oppondere, e controvenire alli presenti Statuti, ed Ordinationi, ma tutti, e ciascheduni Maestri, Giovani, e Fattori della nostra Università siano tenuti, e debbano obbedire, ed eseguire le presenti ordinationi, e Statuti, con quanto in essi si contiene, ed ogni volta, che ciascheduno dell'Università farà stato intimato ad intervenire alla Congregazione Generale, o segreta, e non interverrà senza legitima causa, cada in pena di giulj tre da pagarsi irremissibilmente.

Item vogliamo, che tutto quello, che si risolverà, e stabilirà nella Congregazione si segreta, che generale, secondo la facoltà concessagli a ciascheduna ne i presenti Statuti, e particolarmente nel *Capitolo XII.*, si abbia per valido, e fermo, ed ognuno sia tenuto, ed obbligato, ad essere astretto ad osservarlo, ed adempirlo, ancorche nelle Congregazioni non vi sia intervenuto, nè abbia prestato il consenso. Intendendo però sempre doverli vincere il partito per due terzi de'voti de'Congregati in qualsivoglia differenza, peso, obbligo, e risoluzione, come si è ordinato, e stabilito nelli Capitoli particolari, alli quali con il presente non s'intende derogato, ne innovato; e vogliamo, che li presenti Statuti s'abbiano da mandare in esecuzione, e devono incominciare ad osservare subito, che saranno confermati dalla Santità di Nostro Signore, e stampati; con dichiarazione però, che non essendo ancora terminata la Buffola ultimamente fatta, per i presenti Statuti non s'intenda pregiudicato agli Officiali della medema, non per anco estratti, quali si devono estrarre a suo tempo conforme il solito; con che li quattro Esaminatori si estratti, che da estraersi, confermati, e stampati, che, come sopra, saranno li presenti Statuti, s'abbiano subito per aggregati alla Congregazione segreta, e siano del numero di diecisette senza veruna distinzione, e con le medeme facoltà concesse nel *Capitolo XII.*, e solamente possono esaminare in quelle volte, che a sorte verranno estratti per tal'effetto, come si è ordinato nel *Capitolo XXXII.*; similmente dichiariamo, che in evento il Camerlengo, che si estraerà nell'anno venturo non accettasse il dett'Offizio, o per qualsivoglia causa non l'esercitasse; vogliamo, che il detto Camerlengo in tal caso, si debba eleggere, da' quei medemi Consoli, che saranno estratti nell'istessa estrazione a loro beneplacito, come si è disposto nel *Capitolo XX.* E perche vi occorre non poca spesa per far condurre a fine li presenti Statuti; nè volendo noi, che la nostra Chiesa venga gravata, perciò ordiniamo, che tutti li Maestri della nostra Università siano tenuti subito, che saranno stampati pigliarne una copia di essi, con pagare alla nostra Chiesa giulj tre, affinche non abbiano occasione di pretendere ignoranza sotto pena di un scudo a chi non l'averà presi pagati sei mesi dal giorno della Conferma.

CAPITOLO XLVI.

Conclusione delli presenti Statuti.

Essendo coll'ajuto Divino, e de' gloriosi Santi Cosmo, e Damiano nostri Protettori pervenuti alla fine de'presenti Statuti, e questi ben veduti, e considerati dalli Maestri a tal' effetto

Nemini liceat presentibus Statutis adversari, sed illa ab omnibus sunt omnino servanda.

Conclusio libri Statutorum.

deputati,

Pecunie, quæ penarum loco exiguntur in Ecclesiæ Emolumentum erogandæ.

In judiciis causæ omnes compendiarie methodo dirimantur.

deputati, e fatti anco rivedere a persone legali, e da questi anco approvati, perciò doverà ogn'uno esser tenuto alla precisa osservanza di quanto in essi si contiene, sotto le pene in quelli espresse, e si doverà supplicare la Santità di Nostro Signore, acciò si degni confermarli con autorità Apostolica in amplissima forma, con la deroga delle Costituzioni, Ordinazioni, e Disposizioni Apostoliche, e particolarmente dello Statuto di Roma in qualsivoglia Capitolo, e parte di esso, che disponesse in contrario di quanto si è stabilito, ed ordinato nelli nostri presenti Statuti, e specialmente al *Capit. XLIII.* del Libro terzo di esso Statuto di Roma, quale fu anco derogato dalle sante memorie di Paolo Quinto, ed Alessandro Settimo a favore della nostra Università, e forse anco dagli altri Sommi Pontefici, acciò non si possino mai li presenti Statuti da veruna persona oppugnare a laude, e gloria di Sua Divina Maestà, e della Gloriosa Vergine Maria, e de' nostri Santi Avvocati, e Protettori Cosmo, e Damiano. Amen.

Consoli.

Antonio Bruner Console.
Francesco Romei Console.
Matteo Renzi Console.

Deputati.

Gio. Pietro Rossetti Deputato.
Pietro della Baja Deputato.
Bartolomeo Pierucci Deputato.
Domenico Borgiassi Deputato.
Filippo Maurizj Deputato.
Biagio Francesco Bartisti Deputato.

Preces Universitatis.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, dicti Exponentes Statuta hujusmodi quo firmiter subsistant, & serventur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communitur summopere desiderant. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, omnia, & singula Statuta præinserta auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio relatorum Statutorum.

Clausula.

§. 3. Decernentes, eandem præsentem literas, & statuta præinserta, semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Urbis, nec non Universitatis, & Collegii prælatorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis

firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XII. Maji MDCCXII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Declarantur nulla Decretum a potestate Comitatus Nicien. editum, & concordia ab Ecclesiasticis cum Syndicis Terræ Villarii inita super solutione onerum Laicalium, cum pœnis in contravenientes.

CXVI.

Const. ed. 1711. Jul. 28. P. 11. nulla declarata sive Decreta Magni Consilii Varaviae super eadem solutione. Et Const. ed. 1718. Dec. 10. P. 19. declaratur nullus Tractatus Pacificationis inter Abbatem S. Galli, & Magistratum Bernensem & Tigurinum.

CLEMENS PAPA XI.

Dat. 9. Julii
1712. An. 12.

Ad futuram rei memoriam.

CUM sicut accepimus, habito per Syndicos Terræ, seu Locî Villarii Nicien. Diocesis ad Laicalem potestatem Civitatis, & Comitatus Nicien. recursum ad hoc, ut Ecclesiastici dictæ Terræ ad Talliarum, & aliorum onerum Laicalium solutionem ratione bonorum per eos possessorum sub pœna, in eventu quo repugnant, executionis Militaris, obligarentur, die 26. Aprilis proxime præteriti iidem Syndici Rescriptum, seu Decretum ab eadem Laicali potestate obtinuerint, quo præcipitur, ut Ecclesiastici prædicti Tallias, & onera Laicalia hujusmodi pro rata non solum per ipsos acquiritorum, verum etiam suorum patrimonialium bonorum, juxta reparationem per Consules Universitatis dictæ Terræ faciendam persolvant, & successive ipsi Ecclesiastici cum Syndicos prædictos ad exactiorem Talliarum, & onerum Laicalium præfatorum pro rata bonorum per eosdem Ecclesiasticos possessorum vigore Rescripti, seu Decreti prædicti etiam sub minis ad eam per viam procedendi omnino devenire paratos viderent, ut executionem hujusmodi, omnemque aliam vim, quæ sibi a Laicali potestate, & Sindicis prædictis inferri possent, evitarent, quamdam cum eisdem Sindicis conventionem inierint, per quam se ad solutionem ratæ partis Talliarum, & onerum Laicalium prædictorum eos tangentis ratione bonorum per eos possessorum, etiam patrimonialium iisdem modo, & forma, quibus illa Laici pro suis bonis persolvunt, faciendam obligarunt; ea adjecta conditione, ut casu, quo dicta eorum bona a Talliis, & oneribus hujusmodi immunia, & a Collectis exempta declarari, hancque declarationem a Principe Laico acceptari contingeret eorumdem Ecclesiasticorum obligatio hujusmodi cessaret, ipsique in posterum Tallias, & onera Laicalia

Decretum præd. concessum Syndicis Villarii, quo cogent Ecclesiasticos ad solutionem pro bonis a se possessis.

Concordia cum Syndicis inita ab Ecclesiasticis minis perterritis.

prædicta

Causæ præ-
sentis decla-
rationis.Declaratio
nullitatis
prædictor.
omnium cum
eorumdem
revocatione.Pœnæ in ex-
cutores De-
creti, & Con-
cordiæ.

prædicta solvere minime tenerentur: Id tamen, quod a dicta Univerſitate uſque ad tempus declarationis huiusmodi exactum forſan foret ab eadem Univerſitate reſtitui non deberet, attento quod jam nunc pro eo tempore id totum a dictis Eccleſiaſticis ipſi Univerſitati dono gratuito concedebatur, prout in Reſcripto, ſeu Decreto, ac conventione præſatis, quorum tenores non approbandi, ſed penitus, & omnino reprobandi animo præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus plenius reſpectu continetur; Præſatum vero Laicalis poteſtatis Reſcriptum, ſeu Decretum, necnon prænarata Eccleſiaſticorum conventio, & obligatio Sacrorum Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum diſpoſitioni manifeſte adverſentur, ac libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam ſummopere lædant. Hinc eſt, quod Nos, qui Jurium Eccleſiaſticorum Aſſertores in Terris a Domino conſtituti ſumus, Eccleſiaſticam libertatem a temerariis, ac pernicioſis huiusmodi conatibus illaſam tueri, ac conſervare, necnon graviſſimis, quæ ei per exactiorem, & ſolutionem Talliarum, & onerum Laicalium prædictorum forſan adhuc non inceptam inferri poſſent præjudiciis, quantum nobis ex alto conceditur occurrere cupientes, ac omnium, & ſingulorum præmiſſis tam ab Eccleſiaſticis, quam a Laicali poteſtate, & Sindicis, aliisque ſupra dictis per ſe, vel alios quocumque quomodolibet actorum, & geſtorum ſeriem, cauſas, & occaſiones, aliave quælibet etiam ſpecificam, & individuan mentionem, & expreſſionem requirentia præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac exactiſſime, & accuratiſſime ſpecificatis habentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tam Reſcriptum, ſeu Decretum a Laicali poteſtate editum, quam conventionem a dictis Eccleſiaſticis cum prænarata obligatione irritam, ut præſertur cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, ac inde ſecutis, & quodocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, invalida, & irrita, nulliusque roboris, & momenti, vel efficacitæ eſſe, & ab initio fuiſſe, & perpetuo fore, tenore præſentium decernimus, & declaramus; Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, quatenus de facto proceſſerunt, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus harum ſerie itidem perpetuo revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu, itaut nullum unquam præjudicium etiam minimum dictis Eccleſiaſticis, aut libertati, & immunitati Eccleſiaſtica inferre, vel alias nocere, ſeu intuliſſe, vel nocuiſſe quoquo modo dici, cenſeri, prætendi, vel intelligi poſſint, penitus, & omnino vacuum in omnibus, & per omnia, perinde acſi nunquam facta fuiſſent, nec eveniſſent, neque unquam fierent, vel evenirent, illaque eorundem tenore præſentium damnamus, & reprobamus.

§. 1. Quo circa dictæ Univerſitati, illiusque Syndicis prædictis, ac Officialibus, & aliis Miniſtris quibuſcumque ſub cenſurarum, & aliis per Sacros Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas inſiſtis Eccleſiaſticis pœnis; Omnibus vero, & ſingulis Eccleſiaſticis prædictis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub ſuſpenſionis, & excommunicationis ipſo facto incurrendis pœnis diſtrictè prohibemus, & interdiciamus, ne irritorum, & invalidorum Reſcripti, ſeu Decreti, ac Conventionis, & obligationis huiusmodi vigore, dicti quidem Univerſitas, & Syndici, aliique Officiales, & Miniſtri Tallias, & onera Laicalia prædicta a prædictis Eccleſiaſticis exigere; ipſi vero Eccleſiaſtici illa, vel aliam quacumque ſummam ſub quovis titulo, aut prætextu, ſolvere

abſque noſtro, & huius Sanctæ Sedis beneplacito audeant quomodolibet, ſeu præſumant; ſalvis tamen, ac firmis remanentibus aliis quibuſcumque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas præſatis, & alii omnes in præmiſſis, quæ hæcenus acta fuerunt, culpabiles propter eadem præmiſſa quovis modo incurrerunt, a quibus non niſi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, poſt debitam Eccleſiæ præſentiam ſatisfactionem (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eaſdem cenſuras eo ipſo quo convaleſcant) abſolvi, & liberari valeant.

§. 2. Decernentes etiam eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præminentia, & dignitate exiſtente, & alia ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas præſentes emanarint ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, ſeu intentionis noſtræ, ſeu intereſſe habentium conſenſu, aliave quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuanque expreſſionem requirentem defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, ad terminos juris reduci, ſeu in controverſiam vocari, aut adverſus illaſ aperiſionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in iudicio, ſeu extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore quodocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditorum, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis prædictæ Apoſtolicæ Nuncios, aliave quolibet quacumque præſentia, & poteſtate fungentes, & ſuncturos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & deſiniri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper hiſ a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quaſito non tollendo, aliisque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, aliisque quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis, etiam quacumque Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciffimis, & inſolitis Clauſulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac conſiſtorialiter,

& alias

Clauſula.

& alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, & quantiscumque vicibus, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, ac plenissime derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigilo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Julii MDCCXII. Pontificat. nostri anno Duodecimo.

CXVII.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris de servanda æqualitate Cœnobiorum, & Officiorum inter duas Custodias Provinciæ Turonen, Fratrum Capuccinorum.

Inn. XI. Const. ed. 1679. Feb. 10. P. 3. unita fuere nonnulla Cœnobia Custodiæ Campaniæ. Hujus Pontificis Const. ed. 1711. Jan. 11. P. 11. Provincia Insulen. dividitur in duas Custodias. Et Benedict. XIII. Const. ed. 1729. Feb. 21. P. 5. statuitur alternativa in Provincia Brixien.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Timotheus de la Fleche Frater expresse professus Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, quod ad tollendas dissensiones inter dilectos filios Fratres Provinciæ Turonen. dicti Ordinis exortas Venerabilis Frater noster Nicolaus Episcopus Portuen. S. R. E. Card. Acciajulus nuncupatus ejusdem Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector vigore facultatis sibi per rescriptum nostrum die 14. Junii 1709. attributæ Decretum edidit tenoris, qui sequitur: Nos Nicolaus Divina miseratione Episcopus Portuenfis S. R. E. Card. Acciajulus apud S. Sedem Ordinis Fratrum Sancti Francisci Capuccinorum Protector.

§. 1. Cum per Provinciale, & Custodes Provinciæ Turonenfis Ordinis Capuccinorum in Capitulo Generali existentes SS. D. Nostro Clementi XI. fuerit expositum, quod ad pacem, tranquillitatemque communem totius dictæ Provinciæ plurimum conferre possit conservandam, si ipsa Provincia, quæ ex duabus est composita Custodiis, nempe Aurelianensî, & Pictaviensî assignato utrique Custodiæ æquali Conventuum, ac etiam parî Superiorum, & Guardianorum, numero, duo Diffinitores ex una, & duo ex altera; Minister vero Provincialis alternatim modo ex una, modo ex altera Custodiâ eligeretur, qui totam Provinciam gubernaret, & ipsi Patres Turonenfes in Capitulo eorum Provinciali celebra-

to die 18. Maii anni 1708. in Conventu Rupellensi hoc negotio per vota secreta Capitularium prius examinato sortiti fuerint ejusdem Capituli approbationem, & ratihabitionem, imo ad aliqualem praxim reducerint, cumque Sanctissimus prædictum negotium examinandum demandaverit Diffinitorio Generali in Capitulo Generali congregato, quod, re discussa censuit (*si ita Sanctitati Suae placuerit ad pacem, tranquillitatemque intentam posse valide conferre*) quibus omnibus per Procuratorem Ordinis eidem Sanctissimo representatis, placuit Sanctitati Suae sub die 14. Junii Nobis super tale negotium, preces expositas remittere, ut id statueremus pro nostro arbitrio, & prudentia, quod magis in Domino expedire censeremus. Idcirco Nos virtute facultatis, & auctoritatis a Sanctitate Suae Nobis in hac parte specialiter attributæ dicimus, & declaramus, primo non licuisse Capitularibus in Conventu Rupellensi congregatis ad praxim reducere propositam in tali Capitulo tam Conventuum, quam Superiorum Guardianorum designationem duorum Diffinitorum ex una, & duorum ex altera, & Ministri Provincialis modo ex una, modo ex altera Custodiâ restrictam electionem, & alia hujusmodi, quæ etsi bona fide (ut credere juvat) potuerunt irrepsisse, ne tamen ex infecta radice unquam possint in suspicionem infectionis venire, & dici cæteræ electiones, & provisiones in dicto Capitulo factæ. Nos eadem auctoritate supra nobis attributa, quatenus opus sit omnia sanamus, & sanata declaramus, abolito tamen prius omni Decreto quomodolibet per Patres Turonenfes edito libertati electionum Canoniarum contrario, & eadem auctoritate, qua supra concedimus præfatæ Provinciæ Turonenfi, ut in Capitulis Provincialibus in posterum celebrandis propositam tam Conventuum, quam Guardianorum designationem duorum Diffinitorum ex una, & duorum Ex-Diffinitorum ex altera, necnon Ministri Provincialis alternatim modo ex una, & modo ex altera Custodiâ electionem ad praxim reducere tanquam paci, & tranquillitati communis totius Provinciæ plurimum profuturam possint, & valeant, ita dicimus, declaramus, decernimus hoc, & omni &c. Datum Romæ in nostro Palatio die 10. Julii 1709. -- Nicolaus Episcopus Portuenfis Cardin. Acciajulus Protector -- Ita est Card. Acciajulus Protector.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dictus Timotheus Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Timothei votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum pariter filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis super præmissis audiverunt, & sententiam ejusdem Nicolai Episcopi Cardinalis, & Protectoris attenderunt, consilio, præinsertum ejus Decretum, omniaque, & singula in eo contenta auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Preces Patris
Timothei de
la Fleche.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Dat. 13. Sept.
1712. An. 12.

Decretum
præd. quo
statuta sunt
inter ambas
Custodias
æqualitas
jam antea in
Capitulo Pro-
vinciali 1708.
ac Generali
ad tollendas
dissensiones
approbata,
& executioni
mandata.

§. 3. Decernentes easdem presentes. literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Sept. MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CXVIII.

Conceduntur Privilegia Capellanis *Communibus* Sanctitatis Suae.

Similia Privilegia concessa fuere ab Inn. XII. Const. ed. 1693. Dec. 4. P. 3. Et conceduntur ab Inn. XIII. Const. ed. 1721. Jun. 17. P. 1.

Dat. 7. Dec.
1712. An. 13.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Nomina Capellanorum, & merita.

GRata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Joannes Alexander de Marinis Pisaren. Diocesis, Carolus Mariani Romanus, & Augustinus Colangeli Spoletan. Diocesis Presbyteri moderni Capellæ nostræ Pontificæ Capellani familiares nostri nobis, & Apostolicæ Sedis hætenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt; necnon vitæ, ac morum honestas, alique laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimonio juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Hinc est, quod nos volentes (*Reliqua vide Inn. XI. Const. ed. 1680. Aug. 2. P. 1.*)

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII. Decemb. MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CXIX.

Declaratur, & decernitur pertinere ad Congregationem Clericorum Regularium Minorum Cathedra in Archigymnasio Romano, & Officium Consultoris in Congregatione Indicis,

Reverendiss. Card. Camerlengo.

CI hanno fatto rappresentare li Chierici Regolari Minori, che la fel. mem. d'Alessandro VII. nostro Prædecessore aggradendo la prontezza, con cui li consegnarono la celebre Libreria, che la chiara memoria di Francesco Maria della Rovere ultimo Duca di Urbino aveva lasciato loro per la Casa del Crocifisso d'Urbano, trasportata poi, ed a comodo, ed utilità publica collocata in questa Sapienza di Roma, li aggraziasse in perpetuo, non solo ivi d'una lettura perpetua, ma anche d'un luogo di Consultore nella nostra Congregazione dell'Indice de' Libri proibiti, e sebbene da esso Pontefice non ne fosse positivamente seguita la grazia per aver già cominciato ad infermarli, tuttavia ne abbiamo sempre goduto l'effetto, e venga sufficientemente giustificata coll' attestato del fu Monsignor Marc' Antonio Bucatti, e di Gio. Matteo Hairone, mandati dallo stesso nostro Prædecessore a prendere la detta Libreria; Onde gelosi, che col progresso del tempo non potesse perdersi la memoria di una grazia, che tanto qualifica la loro Religione, ci supplicavano, che volessimo assicurarli con qualche atto positivo della nostra Apostolica autorità; Noi dunque volendo secondare l'intenzione del sudetto Pontefice Alessandro espressamente riferita dalle soprannominate persone già defunte, e degne di tutta la fede, e comprovataci dalla sudetta osservanza giamai da quel tempo interrotta, specialmente perche sempre rilevi la Pontificia gratitudine verso la detta Religione, siamo ben volentieri condescesi com'appresso all'istanza; E però col presente Chirografo, in cui abbiamo per espressa ogni, e qualunque cosa quantosivoglia necessaria d'esprimerli di nostra certa scienza, e con la pienezza della nostra potestà dichiariamo, e vogliamo, che alla sopradetta Religione de' Chierici Regolari Minori spetti, ed in ogni futuro tempo sia perpetuamente dovuto il luogo, e grado d'un Lettore nella Sapienza di Roma, come pure quello di Consultore nella nostra Congregazione dell'Indice, ed ordiniamo a Voi, che quante volte succederà la vacanza del detto Lettore, facciate sempre surrogare altro soggetto idoneo della stessa Religione da depurarsi, ed approvarsi da Noi; Così ancora al Reverendissimo Card. Prefetto *pro tempore* della detta Congregazione dell'Indice, che parimente riceva sempre un simile Religioso idoneo pure da deputarsi, ed approvarsi da Noi per Consultore d'essa Congregazione, facendogli godere ogni dritto, ed onorificenza, che per tali cariche rispettivamente se gli dovesse, senza che possa da chi sia pretendersi alcuna cosa in contrario per essere così mente, e volontà precisamente uniforme a quella del sudetto nostro Prædecessore Alessandro, volendo, e decretando, che questo nostro Chirografo vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la nostra semplice sottoscrizione, ne possa in verun tempo opporgli di surrezione, obreazione, nè alcun altro vizio, o difetto d'Apostolica volontà, ed intenzione, non ostanti in quello faceste di bisogno le Costituzioni, Ordinanze, e Decreti sopra lo Studio della Sapienza, e rispettivamente sopra l'erezione della detta Congregazione, la Regola della nostra Cancellaria *de jure questio non tollendo*, ed ogn' altra cosa, che in qualunque modo potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendo il tenore di parola in parola inserito per questa sola volta, ed all' effetto premesso amplamente deroghiamo.

Dato dal nostro Palazzo Apostol. Vaticano questo di 8. Aprile 1713.

Cause presentis Declarationis, seu Chirographi, & preces Clericorum.

Declaratio, & Decretum præd.

Clausula.

Conceditur